



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Paraenesis De Eleemosyna

Alardus <Aemstelredamus>

[Köln], 1545

VD16 A 1250

Quæ potissimum destinata sunt eleemosynis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63012)

DE E L E E M O S Y N A.

tint sustentationem impendant, liberū est enim mo-
nachis & spiritualibus uiris deum colentibus & ti-
mentibus: decimas & oblationes cunctaque reme-
dia concederemus, de iure suo in dominium illorum
& usum transferre, nec tam in pauperibus pauper-
tatem quam religionem attendere. Chrysostomus
in ca. Ioannis 13. homilia 71. Putabat, inquit, ut ege-
nis aliquid daret dixisse: Multum Iesu curæ erant
pauperes, & hoc ad nos traxit doctrinam. Hic enim
loculos habebat, & pecuniam. At qui nemo pecuni-
am Christo dedisse narrat, sed quod discipulæ ui-
ctui necessaria præbebant. Quomodo enim, q̄ neq̄
peram, neque baculum ferri iubet, loculos ferebat?
Ad pauperum ministerium: ut intelligas quanta ri-
bi inopum & miserorum hanc etiam parte cura im-
pendeat. Ex Canonibus Apostolorum, ca. 39. Om-
nium negotiorum ecclesiasticorum curam episco-
pus habeat, & ea uelut deo contemplante dispenset,
nec ei liceat ex his aliquid omnino contingere, aut
parentibus proprijs, quæ dei sunt cōdonare. Quod
si pauperes sunt, rāquam pauperibus subministret,
nec eorum occasione ecclesiæ negotia deprædetur,
ca. de sacro sancte eccle. Le. priuilegia, Humanita-
tis nr̄æ est prospicere egenis, & dare operā ut pau-
peribus alimenta non deficiant.

Quæ potissimum destinata sunt eleemosynis.

NO N inficiamus bona ecclesiarum esse pau-
perum, prout adducitur 25. quæ st. 7. Quod au-
tem bona item clericorū esse pauperum 23. quæ st. 8.
Conuenior, Eademque pauperibus eroganda atque

B

DE E L E E M O S Y N A

communicanda 47. distinct. Sicut hi. quæstio 1. Sed
hac lege , ut in tempore necessitatis communicanda
sunt, non adproprianda, ut de præben. ca. 3. de dona
ca. 2. Et bona ecclesiæ ita dicitur ecclesiæ, ut eorū
dominium habeat ecclesia 23. qu. 3. Inter . Pauperū
quidem sunt, quantum attinet ad sustentationē : cle-
ricorum uero quo ad ministracionem . Nec tamē ut
la ecclesiæ bona usque adeo sunt pauperum, ut ipſis
proinde competat actio aduersus clerum quamlibet
habundāt em 47. distinct. Sicut. Alioqui nusquam
non rixis perstreperent tribunalia . Sed opere pre-
cium est illud audire, bona ecclesiastica non modo
in usus pauperum, sed etiam in cultum diuinum, mi-
nistrorumque necessitates eroganda esse , ut auctor
est Simplicius papa 12. quæst. 2. de redditibus &c.

*An ecclesiasticis licitum sit possessiones, redditus, pre-
diaque, & alia id genus, ceu bona propria habere.*

Illud quoque (quando in bonorum ecclesiarum
mentionem incidimus) non grauabor obiter re-
fellere, quod hæc ius temporis haeretici, ædilis li-
bris impudenter ubique, uel ad naufragium usq; incul-
cant, unde præcipuam tumultus originem , odijque
seminarium in clerum promanasse in confessio est,
Ecclesiasticis illicitum esse possessiones, redditus,
aliaq; bona propria habere. Non postulo, ut quis-
quam mihi credat, nisi hunc errorem manifeste te-
stimonijs docuero. Age ueniamus ad aduersariorū
rationes, quibus suum tuerintur errorem: Nimirum:
ex præcepto Christi, Christianos omnes oportere